

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Francfort, André Wechel, 1581](#)[Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre IX](#)[Item Mythologia, Francfort, 1581 - IX, 07 : De Curetibus siue Corybantibus](#)

Mythologia, Francfort, 1581 - IX, 07 : De Curetibus siue Corybantibus

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[132\] : De Curetibus & Corybantibus](#)

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre IX

Ce document est une version augmentée de :

[Mythologia, Venise, 1567 - IX, 07 : De Curetibus siue Corybantibus](#)

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre IX

[Mythologie, Paris, 1627 - IX, 08 : Des Curetes ou Coribantes](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre IX

[Mythologie, Lyon, 1612 - IX, 07 : Des Curetes ou Corybantés](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Présentation du document

Publication Francfort, André Wechel, 1581

Exemplaire Regensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Formatin-8

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Paginationp. 980-983

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques et historiques [Curètes, Corybantes](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 28/04/2023

vapores iam validiore extenuante, vt pestifera illa exhalatio astrorum virtuti cesserit: quare dictus est Apollo sagittis serpentem siue putredinem suis radiis illam domuisse. ac de Latona satis, nunc de Cureibus aut Corybantibus dicamus.

De Cureibus siue Corybantibus. CAP. VII.

CURETES autem illi qui Iouem cum Rheâ Saturni patris crudelitati subtraxerunt, eumq; in Cretam educandum deportarunt, num dæmones fuerint, an homines, dubitari solet: siquidem Hecateus Milesius in iis libris, quos de Phoroneo conscripsit, modò ὄρχηστῆρες, saltatores Deos scilicet, modò παιγνίστας, lutores siue iocosos, vocauit. at verò Menodorus Samius in iis commentariis quos de rebus Sami egregiis conscripsit, κούρητας ὁ τὸν χαλκῶνατιδες, Curetes arceis scutis armatos Deos, appellauit. Heraclides autem Ponticus in rebus Amatoriis non Deos, sed Cretenses homines putauit esse, qui primi omnium mortalium ærea arma in Eubœa induerint, Iouemque nutriuerint, & cum illo postea militauerint, eumque in regnum paternum deduxerint. Fama est Curetes & Corybantes ab Idæis Dactylis fuisse genitos, vt memoriz prodidit in rebus Cretensium Echemenes, qui viros centum in Creta genitos fuisse memorat, atque illos Idæos Dactylos scilicet vocatos: à quibus nouem Curetes fuerunt procreati, qui singuli decem viros genuere, quos postea nominarunt Idæos Dactylos, vt ait Strabo libro decimo. Dionysius verò Chalcidicus quindecim illos fuisse scripsit: at Pherecydes quinquaginta & duos, quos etiam ex Apolline & Rhytia nymphea natos fuisse tradidit. alij contra è Cabera Procreti filia & Apolline. Vocati sunt Idæi ab Ida monte Cretæ, vt sensit Hellanicus: vt verò Mnaseas libro primo de Asia, à patre Dactylo & à matre Ida. at Posidippus epigrammatum poeta vocatos fuisse Idæos Dactylos putauit, quia in Ida monte Cretæ Rheæ obuij digitos eius attigerint cum illam complecterentur. Fuerunt autem præstigiatores Idæi Dactyli, fertique in varias formas deducendi artifices, aliorumque metallorum inuentores, vt patet ex his carminibus eius poetæ qui Phoronidem scripsit:

Ἰδα γέντις

Ἰδαίαι θούραι ἄνθρωποι ὄρεσσι οἰκί' Ἰταίων

κίλυμι, δαμναμινδὺς τιμίστα, καὶ ὑπέρβιος Δ' κλυόν,

ὄπισθε λαμπερῆ

ὄπιλάμοι θιράπυτοι ὄρησι δ' ἄρυσσείας
 οἱ πρῶτοι τέχνῳ πολυμήτις ἠ' φαίσι
 ἄρτοι οὐκ ἠρήσι νάπαις, ἴσοιτα εἰδύρον,
 ἱε πῦρ τ' ἠνίγκαν, καὶ ἄρτι πῖσι ἴρρον εἰδέσαν.

*Præstigiatores homines hic tellus suarum
 Idas coluere Phryges montana domorum:
 Celmis, Damnamenem ingens, præsignis & Acton,
 Egregij famulis Adrastea, qui prius artem
 Vulcani reperere Dei prudentem in aliis
 Montibus, & ferrum varia docuere figuræ
 Ignibus impositum.*

Eratoſthenes in Architectonico, & Scepſius, Curetas & Corybantes eodem eſſe tradiderunt, quod etiam ſenſit Orpheus in his:

κρητῆς κορυβαντῆς, ἀτάκτορις δὴ δῶα πῖ π.

Curetes clari Corybantes regia proles.

Alij Rheæ datos à Titanibus ministros fuiſſe Corybantes armis inſtructos è Bactriana inquit, alij è Colchis, alij è Phrygia. Fuerunt qui dixerint Telchines nouem fuiſſe Rhodi comites Rheæ, qui in Cretam acceſſerint, qui dicti ſunt Curetes ex quo tempore Iouem educarunt: at Corybantes Solis & Mineruæ filios, fuiſſe dæmones. Quidam Saturni filios eos eſſe crediderunt, quidam verò Iouis & Halliopes, cum alij Curetes Hecates ministros arbitrarentur. Curetes ſiue Corybantes in matris Deorum ſacrificiis armati ſaltabant caſti & pueri aſſumpti. Dicti ſunt Curetes ἀπὸ τοῦ κορυβάν, quia caput inter ſaltandum iactabāt, exercebantque enopliam pyrrhicam ſaltationem, enſibus ſcuta inter ſaltandum cum harmonia percutientes. Fuerunt nonnulli, inter quos Calliſthenes in primo navigationis, & Euphorion, qui Daçtylos, Idæos, Curetas, Corybantes, Caberos, Telchinas eodem putatint eſſe, cum alij cognatos quidem eſſe inter ſe, ſed paulum diſſerte. Narrant Curetas nonnulli Pleuronium agrum habitari, qui Cureticus poſtea ab illis nominatus fuit. Archemachus Euboicus hos Chalcidem inquit incoluiſſe, qui cum de Lilanto campo dimicaret, atque hoſtes priorem partem cæſariei horum caperent, cum dabatur facultas, illam capillorum partem totonderunt, & inde à tondendo Curetes ſunt nominati. Cum poſtea in Ætoliam miſtaſſent, & Pleuronis loca trans Acheloum occupaſ-

sent, in tonfa seruantes capita Acarnanes dicti sunt. Alij, quia longas stolas gestarent tanquam puellæ, ita nominatos contenderunt. Semus libro septimo eorum quæ erant in Delo, Curetas filios fuisse scribit Danaidis Nympha Crescæ, & Apollinis, cum essent Corybantes Apollinis & Thalix: quare non eodem fuisse contendit. Apollodorus autem Atheniensis lib. 2. Bibliothecæ memoriæ prodidit hos fuisse à Ioue occisos, quia Epaphum, quem pellex Io pepererat, Iunonis hortatu ceperunt occultandum. Hos Curetas memorant spiritu affatos Bacchico & valde tumultuosa armorum agitatione cum strepitu, fragore, cymbalis, tympanis, tibis, vociferatione inter sacrificia vti solitos, vt præsentibus perterritifacerent, Deæque reuerentia & metu adimplerent. Atqui hunc sacrorum ritum, quem seruabant Curetes in sacris Deæ Rheæ, ita breuiter expressit Lucretius libro secundo:

*Hic armata manus (Curetas nomine Graij
Quos memorant Phrygios) inter se fortè caterna
Ludunt, in numerumque exultant sanguine lati,
Terrificas capitum quatientes numine cristas,
Dicitas referunt Curetas, qui Ionu illum
Fugitum in Creta quondam occultasse feruntur,
Cum pueri circum puerum pernice chorea
Armati in numerum pulsarunt aribus ara.*

¶ Atqui rectissimè pro antiquorum theologia musica ratio Deorum sacrificiis addita fuit, non solum quia compositos animos sacrificantium, & ad aras Deorum accedentium esse oportere significabant, cum metro compositæ preces domo essent ad altaria afferendæ: (neque enim animus domesticis negotiis implicatus debet ad Deum colendum proficisci, sed omnia negotia pro viribus è memoria obliteranda sunt cum ad aras accedimus) sed etiam quia, cum Deos corpora cœlestia esse arbitrentur, è numeris & harmonicis proportionibus Deos ipsos constare putarent. Sic igitur per hymnorum, & instrumentorum, & saltationum rhythmum Deorum naturam imitabantur, & oblectabantur sacrificantes, & dies festos agentes, conuiuibus ac genio indulgentes, Deorumque ipsorum felicitatem aliquo pacto imitantes, pro viribus proximè ad Deorum immortalium naturam accedebant. Nam cum præclarum Dei opus mundum concentu constare crediderint, omnia musica Diis grata esse merito

meritò existimabant. Orpheus verò cùm alios marinos, alios terrestres, alios cœlestes dæmonas è Curetibus appellet, videtur dæmonas tempestatibus præfectos, vel potius ventos ipsos Curetas existimasse, vt apparet ex his carminibus:

χαλκᾶκροτοι κορυῆτες, ἀρήια τὸυ χαί' ἔχοντες,
 ἕρανιοι, χθόνιοι τε, καὶ εἰνάλιοι, πολύοιλοι,
 ζωογόνοι ποταμῶν, κόσμου σωτῆρες ἀγαυοί.
*Aere pulsantes Curetes arma, marini,
 Cœlestes, ac terrestres, Mauritia pubes.
 Fructiferi venti, qui vasti mœnia mundi
 Seruant.*

Nihil sanè aliud horum strepitus, quàm vim ventorum indicabat, qui etiam ministri Rheæ dicebantur, quoniam per ventos, vt dictum fuit, & pluuiæ & frigora & omnia denique naturæ opera perficiantur. Nam nullum animal potest gigni nisi per ventum sperma extrudatur, quod ipsum accidit in omnibus plantarum seminibus. Quòd autem venti sint Curetes, & quòd iidem & salutis & molestiarum in naturæ operibus sint auctores, patet ex his Orphei carminibus, quæ pontum etiam ab illis exagitari significant, cùm nihil aliud quàm venti mare infestet magis:

δαίμονες ἀθάνατοι, τροφίαι καὶ αὐτολιπέρι,
 ἦνέ' ἂν ἐρμαίτηθε χελέμβροισι ἀνθρώποισι
 ὀδυώτις βίον καὶ κτήματα, ἠδ' ἔτι καὶ αὐτὸς
 πῖμπλάντης σπονχῆ δ' ἰ μίγασε πόντος βαθυδίτης,
 θίνδρον δ' ὑψιπέριω ἰερίων ἰε χθόνα πῖπλι,
 ἠχῶ δ' ἕρατῖα καλαδῆροιζήμασι φύλλωσι.
*Dæmones æterni, ac perdentes fœcunda virorum,
 Cum grauis iratum fluctus vos suscitatis, arma
 Vastantes, frugeiq; nouas, tum rursus & arma
 Frugibus implentes: per vos mare murmurat altè,
 Connulsæque cadunt planta ab radicibus imis,
 Et latè resonat cœlestis sibilus aura.*

Nam omnis fertilitatis & salutis animalium auctores sunt venti, quare ministri terræ meritò ab antiquis sunt crediti: cùm plus conferat ad omnem fertilitatem fecunditatemq; terræ cœlestis benignitas, vt ait Theophrastus in causis plantarum, quàm vniuersus labor annuus agricolatum. At de Curetibus & Corybantibus satis, nunc de Cyclopibus dicamus.